Noster, tum Nos ipsi paulo ante dilargiti sumus sufficiunt, paterna Nos qua te complectimur charitate et singulari amore incitati, Majestatis tuae postulatis ac precibus satisfaciendum esse ducimus.

Ac primum quidem, Beneficiorum Ecclesiasticorum omnium, cujusvis ea sint generis, seu Dignitates, seu Canonicatus, seu Praebendae quacumque tandem appellatione donentur, seu sint juris patronatus tui, seu aliorum, seu eorum collatio ad Ordinarios locorum aut ad Capitula pertineat; quae sane in Ecclesiis quibuslibet Metropolitanis, Cathedralibus, Collegiatis, aliisve intra Hispaniarum, Insularumque adjacentium fines vacaverint, eorum redditus et fructus unius anni te percipere concedimus, ad solandum quidem Ærarium tuum, atque ad aes alienum quo obstringeris ob Syngraphas, Valles dictas, dissolvendum; neque ante porrò is Beneficiis augeri aliquem (quando id etiam expetis) permittimus, quam illi fructus et redditus ad tuum sint Ærarium delati, vel de iis certò deferendis cautum sit. Excepta omnino volumus tandem Beneficia illa, quibus cura est animarum adjuncta, de quibus ut decerpatur aliquid, non patietur unquam eximia tuae Majestatis sapientia ac pietas.

tro predecesor, como Nos mismo concedimos poco hace se sacase de los bienes de la Iglesia; Nos, estimulado del paternal afecto y singular amor que profesamos á V. M. hemos tenido á bien satisfacer á sus preces y súplicas.

Y así en primer lugar concedemos á V. M. que pueda percibir los frutos y rentas correspondientes á un año de todos los Beneficios Eclesiásticos de qualquier género, ya sean Dignidades ó Canonicatos ó Prebendas, qualquiera denominacion que tuvieren; bien sean de Patronato suyo ó de otros, y ya su colacion pertenezca á los respectivos Ordinarios locales, ó á los Cabildos, que vacaren en qualesquiera Iglesias Metropolitanas, Catedrales, Colegiatas, ú otras dentro de los límites de España é Islas adyacentes, para la restauracion del Erario Real y extincion de la deuda con que V. M. se halla agoviado, á causa de los enunciados billetes llamados Vales: ni permitimos (mediante desearlo tambien así V. M.) que sea nadie promovido á los mencionados Beneficios sin que se hayan antes llevado efectivamente al Erario de V. M. aquellos frutos y rentas, ó se haya afianzado con seguridad la entrega de ellos. Mas es nuestra voluntad que sean exceptuados absolutamente los Beneficios que tengan anexa la cura de almas, de los quales no permitirá se cercene nunca cosa